Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancti Theogenis martyris quod est III. nonas ianuarias

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

ſacrifica nam te penitebit· p&rus reſpondit· ego non poenitto nec ſacrifico· Preſes dixit· ego ſententiam hiic inferro· p&rus reſpondit· hoc eſt quod audire tota &ſpecto· Tunc preſes dedit aduerſus eum ſententiam dicens· P&rum quemadmodum contemptorem inuictiſſimorum principum propter legem di ſui crucifixi ſententiam ſubire precipio· Sic quoq; uenerabilis athl&a xpi complens agonem ſuum dignus habitus eſt paſſionibus dni participari· Martirizauit autem teſtis di balſamus qui & petrus apud aulona ciuitatem tertia nonas ianuarias ſub maximiano imperatore· Regnante dno noſtro ihu xpo cui gloria in ſecula ſeculorum· amen·

EXPLICIT· PASSIO· SCI· PETRI· QUI ET BALSAMI·

XXXVIII

INCIPIT· PASSIO· SCI· THEOGENIS· MARTYRIS· QUOD EST· III· NON· IAN·

Multi martyres uicerunt diabolum & omnes adinuentiones eius in nomine dni nri ihu xpi qui coronauit eos· Inter quos numerare dignatus eſt theogenem beatiſſimu martyrem qui ſic iriſum habuit inimicum·

Tempore enim licinii paganiſſimi tyranni conprehenſus eſt in frigia cum eſſ& epi filius· & perductus eſt ad legionem quae dicitur ſecunda triana ad tribunum zilicentium & praepoſitum poſſidonium que legio conſedebat in cizico que eſt prima elleſponti· & cogebatur militari a tribuno zilicentio & praepoſito poſſidonio· Ille autem miles fideliſſimus uere di & plenus ſpu ſco· ſtans in medio leonis dixit·

Ego xpianus ſum· & militto maiori regi qui eſt rex regum· illi militans· alii regi militare non poſſum· Zilicentius tribunus dixit· magis accipe clamidem & baltheum· & omnia arma felicia & milita licinio magno imperatori· Theogenis dixit· Iam dixi tibi militto ego meo regi· alii militare non poſſum· Tribunus dixit· non plac& tibi licinius imperator· Theogenis dixit· non noui· ego xpianus ſum· & non conuenit mihi huic ſeculo militare· cui abrenuntiaui accipiens fidem· ſed neq; poſſum negare regem eſſe aeternum cui militto· Tribunus dixit· ecce & iſti omnes qui adſtant commilites xpiani ſunt & militant· Theogenis dixit· Unus quiſq; ſcit quemadmodum milit&· ego autem noui cui militem regi· Zilicentius tribunus dixit· Numquid dii ſpitales ſunt· Theogenis dixit· Ego qui ſunt dii non noui· niſi unum dm omnipotentem per ihm xpm filium ſuum· Poſſidonius praepoſitus dixit· & ds hab& filium· Theogenis dixit· hab& filium & uerbo ueritatis ſuae natum· Tribunus dixit· Poſſumus eum noſſe· Theogenis dixit· Si ds dederit uobis ſenſum talem ut cognoſcatis eum· poteritis eum uidere· Poſſidonius tribunus dixit· & ſi cognoſcamus eum· numquid poſſimus derelinquere regem noſtrum & uenire ad eum· Theogenis dixit·

Si uultis nil eſt quod inpediat uobis· praeter ei ſi relinquatis tenebras iſtas· & ad tempus quam hab&is dignitates & honorem ueſtrum· & ueniatis ad dm uiuum & regem aeternum· & militetis ei quemadmodum & ego· uiu&is in uita aeterna· Zilicentius tribunus iraſcens quaſi leo in heremo· & ſtridens dentibus in eum· iuſſit legioni omni ut de nocte praecederent ad campum foras ciuitatem· Et cum proceſſiſſent diluculo ad campum· iuſſit quattuor figi palos· & extendi ibi beatiſſimum theogenem· Cumq; ad quattuor palos extenſus eſſ& iuſſit eum cedi fuſtibus robuſtiſſimis ſilueſtribus quouſq; laſſarentur centuriones octo·

Tunc tribunus ad eum dixit· militas aut non·

Theogenis dixit· Ego militto regi regum dno meo ihu xpo filio di· qui uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos· Tunc nullus erit ſup terram rex neq; princeps qui poterit effugere eum & diem iudicii eius· Eadem dicente eo· iterum iuſſit eum tribunus cedi ſecundo· Uapulans beatiſſimus theogenis· hymnu dicebat do·

& exultabatur uultuſ eiuſ ingaudio & leti
tia magna. Cumautem mutar& decem & octo cen
turioneſ & fuſteſ omneſ confracti fuiſſent
ſicut palea. Ille maiorem ſp̄m habenſ uir
tutum. gratiaſ agenſ dō hymnū dicenſ dix.
Benedictuſ eſ pater dn̄i noſtri ihū xp̄i. qui
me dignum habuiſti inhanc diem uenire.
& inhanc lætitiam perduxiſti me ſeruum
tuum. & benedictuſ eſt ihſ xp̄ſ filiuſ tuuſ
rex celi & terrę mariſ & infernorum. & om
nium uiſibilium & inuiſibilium. dn̄e dſ̄ quō dig
num me habuiſti protuo nomine pati. & col
legam ſcōrum martyrum fieri. Hæc eo di
cente. eſtimauerunt tribuni & prepoſituſ
quod ipſiſ rogar& ut eum dimitterent. & dixe
runt ad eum. Uiſ ergo militare. Ille autem
erat in ſcō ſp̄u athl&a xp̄i theogeniſ. & ex
clamauit maiori uoce dicenſ. Priuſ uobiſ dixi
& nunc dico quia xp̄ianuſ ſum. & milito regi
regum. & non poſſum deſertor eſſe dn̄o & re
gi meo. Uoſ autem cogenteſ me hiſ poeniſ. æ
ternaſ uobiſ paratiſ poenaſ. Nam haſ quaſ mi
hi putatiſ eſſe poenaſ. nihil ſunt. Dicit ei
licentiuſ tribunuſ. Adhuc nihil ſenſiſti de poe
niſ. maiora ſunt que ſequuntur. Theogeniſ
dixit. ego non patior hæc. nec poteſtiſ mihi
aliquid facere. ſolum in corpore meo po
teſtatem habeſ. quemadmodum uiſ crucia
illud. non enim poteriſ ſeparare me a rege
meo. maiora ligna adfer. & fortioreſ adhi
be operarioſ ad me. Iſtoſ autem quoſ habeſ
infirmi ſunt. & nihil mihi poſſunt facere.
Cum hec dixiſſ&. iuſſit eum duci inciuitatem.
erat autem hora quaſi nona. & tetendit eū
publice inciuitate. & erat extenſuſ. Tranſi
enſ autem illic obtio legioniſ. & uidenſ eum
dixit. Ubi eſt dſ̄ tuuſ & rex cui militaſ. quare
non liberat te de iſtiſ poeniſ. Reſpondit be
atiſſimuſ theogeniſ dixit. & priuſ dixi. &
nunc dico uobiſ. quō iſte poene in iudicio re
giſ mei nomine ſequuntur. quō dn̄ſ & rex meuſ

defenſor mihi eſt & liberat me de poeniſ iſtiſ.
Tu autem eum non uideſ. cecuſ enim eſ. & animo
& oculiſ. Reſpondit ei obtio. Si haberem po
teſtatem gladiiſ fruſtra te facerem. & pro
icerem canibuſ. Cui beatuſ theogeniſ dixit.
Tu mihi nihil facere poteſ. Sed uenient dieſ poſt
modicum tempuſ. & tua & tribuni tui crura
frangentur. & corpora ueſtra a feriſ & auibuſ
conſumentur. & omneſ ex uobiſ qui non credunt
regi meo. Nam & ipſe rex tuuſ poſt modicum
concidetur a perſequentibuſ ſe. & erit uobiſ mag
na tribulatio qui illi militatiſ. Hæc dicente
theogene. precepit eum tribunuſ incarcerem
mitti & in neruo extendi. & quattuor configi
clauiſ. & ſignauit ipſe carcerem & dimiſit eum
ut illic poeniſ & fame morer&ur. Ibi autem the
ogeniſ ſcō paſcebatur ſp̄u. In ipſa autem nocte
adſtitit ei dn̄ſ dicenſ. Theogeniſ conualeſce
enim ego tecum ſum. & non accipiaſ eſcam ne
q. potum ex hiſ omnibuſ. Eſt enim tibi incor
ruptibiliſ uita in celiſ. & hec dicenſ receſſit
ab eo. Recedente autem dn̄o. coepit pſalmum
dicere letuſ de dn̄i repromiſſione. & erant il
lic reſpondenteſ angeli quaſi populuſ multuſ.
Tunc cuſtodeſ carceriſ cucurrerunt ad hoſtiū
carceriſ. & uiderunt oſtia clauſa & ſignacu
lum integrum. & obſeruanteſ intuſ. uiderunt
populum multum in albiſ ueſtibuſ pſallenteſ
cum theogene. Timenteſ autem. nuntiaue
runt tribuno. Ille ſurgenſ mox cucurrit
ad oſtium carceriſ. & inſpexit cite nam miſſam
& ſignaculum integrum. Audienſ uoce mag
na pſalmum dicentium ſimul cum theogene
fecit [illegible] multam turbam armatam cum
ſcutiſ [illegible] ſtare ante carcerem. & ape
rienſ [illegible] feſtinanter ingreſſuſ eſt.
eſtimanſ [illegible] quod xp̄iani eſſent cum the
ogene. Intranſ autem neminem intuſ inuenit
niſi theogenem ſolum extenſum in neruo. &
pſalmum dicentem. & comprehendit eum tre
mor magnuſ. & omnem multitudinem militum

quierant cum eo. & recluserunt ostium recesser(unt)
inde. Tunc tribunus paenitens facta tali. iussit
panem & aquam ei dare. sed theogenis noluit accipere
secundum praeceptum dñi quod audierat prius
dicens. Me pasc& rex meus. & accipio eius anno
nam cottidie. & cum mane factum esset. mi
sit relationem ad regem suum licinium. refe
rens omnia quae fecit theogeni nolenti militare.
Rescripsit licinius in mari eum mitti. & corpus
eius non colligi. Accipiens autem iussionem
tribunus. praecepit eum in mari mitti. Tunc
beatus seruus di theogenis dignus tali sen
tentia. ambulabat gaudens in uitam aeter
nam in qua eum ds uocauit. & erat uultus
eius & omne corpus sanum quasi a balneo
& non a carcere ess& eductus. ad laetitiam
magnam proficiscens. & exiens inde inpo
situs naui est. & peruenit ad locum ubi eum
mittere habebant. Conuocauit nautas
& milites dicens. ut darent ei spatium. dum
facer& orationem. & stans contra orien
tem scs seruus di. eleuans manus. orauit
per horas ferme tres. & ecce illic lux
facta est magna. cuius fulgore oculi
nautarum & militum excecati sunt. ne
uiderent angelicam turbam. Uoces
tantum audiebant conloquentium bea
tissimo theogeni. Ita ut nautae timore
perterriti. nollent eum mittere in mari.
Ille autem adiurauit eos dicens. Quod uo
bis iussum est facite. & reuertentes in ci
uitatem. credite do ut habeatis uitam ae
ternam. Eadem eo dicente miserunt
eum in mare. Reuertentes au[illegible] tem
nautae in ciuitatem re[illegible]nunti
auerunt quae uiderant [illegible] & cre
diderunt in dño & filii ip[illegible]sorum & a
lii multi & populo in illa die. & nonnulli
& legione ipsa. Post hos autem dies sexa
ginta. facta est pugna uehemens contra
licinium illic & legione ipsa quicumque

non credebant dñm gladio ceciderunt. pro
quo facto irascens licinius imperator.
eundem tribunum & obtionem ipsius le
gionis duodecimo miliario. a ciuitate duci
iussit. & crura eis frangi praecepit. in exem
plum aliarum regionum. sicut futurum
iam antea praedixerat beatissimus martyr.
Postquam autem missus est beatus martyr
in mare uenerunt fideles fratres hoc est eun
ces eustasius zoticus & alii multi & fratrib;
sustulerunt corpus eius de litore. Erant
autem ipsi fideles. & pertinentes ad dm̄.
Et miserunt corpus in loculo. & pertulerunt
nocte. & sepelierunt iuxta muros ciuitatis
in uilla adamanti fidelissima uiri in epogio.
In quo loco nunc magna fiunt mirabilia. & om
nium curantur ualitudines. Fecit autem
ipse scs in carcerem dum sperantur rela
tiones dies quadraginta nihil omnino ci
bi gustans. nec aquam uel aliud potum
bibens. habens caelestem gubernationem.
Haec omnia scripta sunt per omnes ecclesi
as di. hoc est incom dia. bithinia eradea
cizico. Ut in omnibus adnuntiar& ur popu
lis passio sci martyris. & sit fortitudo fra
trum in dominica fide. natalis eius celebra
tur. tertio nonas ianuarias. praestante
dño nostro ihu xpo. qui cum patre & spu
sco uiuit & regnat in secula seculorum amen
EXPL PAS. SCI THEOGENIS MARTYR

XXXIIII

INCIPIT. UITA. SCI. SIMEONIS.
SERUI DI. CUM DISCIPULO
SUO NOMINE. ANTONINO.
QUI DISCIPULUS IPSIUS. SCI.
PER PLURES ANNOS. FUIT.
ET USQUE. AD OBITUM SUUM.
MIRABILITER EUM. OBSE
CUTUS EST. QUOD EST. NO
NAS. IANUARIAS.